



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

10. Idem demonstratur ex alijs Aug. scriptis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

quod dico. Ex his arbitror intelligi, quid dicat, & quid sentiat Augustinus de perdita peccatum libertate abstinendi à peccato ut non

fit opus identidem eandem illam explicationem suæ definitionis, quia adhuc sapius eandem repetit, hic infarcire.

CAPVT DECIMVM.

Idem demonstratur ex alijs Augustini scriptis.

NEQVIS tamen arbitretur hanc sententiam ejus illi postremo libro nuper invento, quod nos opus imperfectum vocamus, esse peculiarem, operæ pretium est ex alijs libris & ante & post heresim Pelagianam exortam scriptis, ejusdem doctrinæ consonantiam patefacere. Nam illi expressissimis istidemq; penè verbis docuit in libris Retractionum, qui eodem tempore exarati sunt: quo Iulianus illam ejus definitionem peccati vellicare ceperat. Nam ibi præmonens lectorem aduersus illum Pelagianorum errorem, quo putabant post peccatum primi hominis, antequam per fidem Christi à concupiscentiæ terrene dominatione liberemur, liberum esse nobis abstinere à peccatis, quæ illa voluntati dominante committimus: hanc rem totam explicat: Itemque desumpto peccati, quæ dicitur: Peccatum est voluntas reuerti vel consequendi quod iustitia verat, & unde liberam est abstinere; propterea vera est, quia ad desinendum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pena peccati. Nam quando tale est ut idem sit & pena peccati quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte si pena est ut orat auxiliatum? In tantis enim libera est, quia in tantum liberata est, & in tantum appellatur voluntas. Alioquin tutius cupiditas, quam voluntas proprie nuncupanda est. Quæ non est, sicut Manichæi desipiunt, aliena natura additamentum, sed nostra virtus: à quo non saluamur nisi gratia saluatoris. Quod si quispiam dicit, etiam ipsam cupiditatem nihil aliud esse quam voluntatem, sed vitiosam, peccati quoque seruientem, non resistendum, nec de verbis, cum res confusa, controversia facienda est. Sic enim ostendatur, siue voluntate (scilicet libera, quæ parati Augustini voluntas paulo ante dicta est) nullum esse peccatum, siue in opere, siue in origine. Hæc Augustini verba ita perspicue sententiam sanctissimi Doctoris expriment, ut eorum, quæ contra Iulianum docuit, siquid adhuc scriptuli reliquum habere viderentur, ipsi qui ejus doctrinæ minus assueverint, loco commentarij esse queant. Docet enim, à peccatis illis, quæ sunt etiam pena peccati, non esse jam liberum abstinere: docet illius rei causam esse, quia voluntas nihil ad resistendum valet, sub dominante cupiditate: docet hoc item propterea fieri, quia voluntas nondum ab ejus dominatione liberata est; à qua si vel tantulum liberetur, ut pia sit, hoc est, ut vel pietatem fidei invocantis habeat, jam aliquantulum valet, quia aliquantulum liberata est, videlicet hæc tenus ut saltem fidei credat, & ex fide suæ imbecillitati & captiuitati orat auxilium. Nam talem esse quemdam statum, in quo concupiscentiæ dominantis resisti non potest, eodem ipso loco Augustinus tradit: Qui vero lo-

genti cupiditati bonâ voluntate resistere non potest, & ideo facit contra præcepta insitita, iam hoc ita peccatum est, ut sit etiam pena peccati. Hic autem status est ante fidem: nemo enim bonam voluntatem habet, qua resistere possit dominantis concupiscentiæ, ne quidem ut imploret auxilium, ante susceptam fidem. Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt. Quin etiam antequam Augustinus cum Pelagianis dimicare cepisset, eandem doctrinam aduersus Manichæos tradidit. Nam cum Fortunatus ei illa scriptura loca obiecit, quod caro concupisceret aduersus spiritum; quod alia lex in membris repugnaret legimentis; & captivos nos auccret, &c. Et ex similibus locis naturam mala in nobis peccati auertere esse colligeret, respondit ei Augustinus, talem peccandi necessitatem non ex natura, sed ex libero arbitrio contingere: Liberam voluntatem arbitrium in illo homine fuisse dico, qui primus formatus est. Ille sic factus est, ut nihil omnino voluntati eius resistere, si vellet, vel præcepta seruare. Postquam autem libera ipse voluntate peccauit, nos in necessitate præcipitatu sumus. Rem autem istam ut magis intelligentiæ minus peritorum exponeret, similitudinem adhibet perveris cupidam consuetudinis ad faciendum aliquod opus malum. Potest, inquit, uniusquisque nostram volucri consideratione inuenire verum esse quod dico. Hodie namque in nostris actionibus antequam consuetudine aliqua implicemur, liberum habemus arbitrium faciendi aliqua vel non faciendi. Cum autem ista libertate fecerimus aliquid, & facit ipse tenent animam pernicioso dulcedo & voluptate, eadem ipsa consuetudine sic implicatur, ut postea viuere non possit, quod sibi ipsa peccando fabricata est. Quæ inultitudo consuetudinis quam vim habeat, intra oportunitus dicturi sumus. Clarissime verò doctrinam eandem libro tertio de libero arbitrio exposuit, quem quia paulo ante allegauimus, supervacaneo labore repeteretur. Hic satis est, recordari eum manifestissime tradere, quod post peccatum primi hominis arbitrium jam non sit liberum ad eligendum quid recte faciat, vel ad recte faciendum quod egerit, causamque iungere ignorantiam & difficultatem, hoc est, resistentem concupiscentiam: quibus damnationis penæ sit, ut homo etiam inuitus erret, neque possit a libidinosis operibus temperare. Nam ut gravissime verillimèque subnectit: Ille est peccati pena iustissima, ut ametur uniusquisque quod bene uti nolit, cum sine ulla posset difficultate si vellet. Ad est autem, ut qui sciens recte non facit, ametur scire quod rectum sit: & qui recte facere cum posset nolit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti anime duo vitia penalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia de bonitate erret, ex difficultate cruciatus affligit &c.

lib. 1. de mil. 15.

lib.

Ad Rom. 10

Disp. 2. cont. Fortunat.

Ibid.

lib. 3. de lib. arbit. c. 18.

Ibid.

Augustinus
enim